



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Brunone de Flitert, qui in eundem Vulcanum projectus est, cap. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

*De moete
Vulcano.*

Tempore quodam Suevis quibusdam peregrinatⁱonis grātia profectis Ierosolymam, cūm in re-
ditu nauigarēt iuxta montē Vulcanū, cuius per-
petua lunt incedia, voces huiusmodi de illo resonue-
runt; Bene veniat, bene veniat amicus noster Schulte-
tus de Kolmere, frigus est, ignē ei eopiosū præparate.
Illi personam cognoscentes, diem & horam non au-
runt, & cūm ad propria rediissent, eundem Schulte-
tum, die & hora eadem, defunctum repererunt. Tunc
accersentes eius vxorem quid audierint indicareūt.
Quibus illa respondit: Si sic res se habent, dignum est
ut illi succurra: moxque omnib^o relictis, loca circuiuit
Sanctorum, eleemosynis & orationibus pro anima illius
Deo supplicando.

CAPUT VIII.

Alio tempore quidam Flamingi, cūm mare transirent, de eodem monte Vulcano vocem huiusmodi audierunt; Bonus amicus noster Si-
wardus hīc venit, suscipite illum: qui cum multo strī-
dore missus est in Vulcanum: nam & ipse Schultetus fuerat in Leggenich. Illi notantes tempus & nomen personæ, reuersi villam iam dictam intrauerunt, & cūm de schulteto requirerent, eum eadem die & ho-
ra, qua vocem audierint in mari, obiisse repererunt:
nam & ipse homo pessimus erat, sicut & superior.

CAPUT IX.

Simile est quod sequitur. Cūm tempore quodam Conradus sacerdos de Rinkassel, cum alijs pro-
vinciæ nostræ peregrinis, mare transiret, ante se-
pe dictum Vulcanū, vox talis in eo audita est; Hic ve-
nit Bruno de Flittir, suscipite illum. Quæ vox cūm ab
omnibus fuisse auditæ, ait prædictus sacerdos con-
fratribus; Testes estis vos omnes huius vocis, & statim
notauit in tabula eis præsentibus diem & horam, di-
cens; Reuera dominus Bruno mortuus est. Cūm vero
redirent Ierosolymam, obuios habuerunt quosdam
peregrinos prouinciæ suæ, quos cūm interrogasset de
statu

LIBER DVO DECIMVS.

statu predicti Brunonis, acceperunt ab eis, quod mortuus esset; de tempore autem sciscitantes, diem eundem inuenierunt, quo vocem predictam in Vulcano audierunt. Conradus vero non multo post factus est monachus in Bergis.

C A P V T X

Idem Bruno nominis sui filium reliquit, quem pleniū suis vitijs quam possessionibus hereditauit: erat enim, sicut & pater, avarus valde, pauperum exactor, & supra modum luxuriosus. Ipse est Bruno de Flittere, pincerna comitis de Monte; vix tres menses elapsi sunt quod mortuus est. In cuius obitu obsessa quædam a dæmone liberata, cum die quinta de novo vexaretur, dixerunt quidam ad diabolum: Dic nobis ubi fuisti, vel quare reuersus es? Respondit ille: Verè maximum postea habuimus festum, ad obitum Brunonis congregati fuimus ad instar pulueris terre, cuius animam cum gudio deducentes ad inferos, locauimus eam in sede debita, poculum infernale ei propinantes.

C A P V T XI.

Eodem tempore mortuus est in eadem prouincia alias miles Euerhardus nomine, & ipse vir criminosis sicut superior. Media nocte diabolus corpus erigens in feretro, cunctis qui aderant terrorem incussit, timens amici eius ludificationem dæmonum, corpus ligantes, ante Missam illud se pelierunt.

C A P V T XII.

Eodem tempore, quo Henricus Imperator sub. De morte iugavit sibi Siciliam, in ecclesia * Palernensi Giber. Giber. quidam erat Decanus, natione, ut puto, Teuthonicus: hic cum die quadam suum, qui optimus erat, perdidisset palefredum, serum suum ad diuersa loca misit ad inuestigandum illum: cui homo senex occurrens, ait; Quo vadis, aut quid queris? Dicente illo; Equum domini mei quero: subiunxit homo: Ego nesciui ubi sit. Et ubi est, inquit; Respedit, In monte Giber; ibi eum habet dominus meus rex Arcturus: Idem mons

Y y 2 flam.